



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.I.], 1579

VD16 V 541

De Pvrgatione Canonica. Titulus XXXIIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

LIBER QVINTVS.

1029

Pallium est plenitudinis Pontificalis officij insigne, c.
antiqua, extr. eod.

Exemplus ratione rei, vel certi loci non censetur exē-
ptus respectu alterius rei, vel loci, c. cūm capella, ext. eod.

Contra priuilegia ecclesiae minori spacio quadragin-
ta annorum non præscribitur, c. accendentibus, ext. eod.

Priuilegium vni concessum non potest, propter ratio-
nis paritatem ad alium extendi, c. sanè, ext. eod.

Suis priuilegijs priuandus est, qui alienis derogat, c.
dilecti, extr. eod.

Liberum est vnicuique suo iuri renunciare, l. si de ter-
ra, extr. eod.

DE PURGATIONE CANONICA.

Titulus XXXIIII.

Continuatio.

Certitudine probationis vel accusatore deficiente,
infamatus de aliquo crimine apud bonos & gra-
ues, purgatione canonica innocentiam suam pro-
ba re tenetur, c. si quis presbyter, extr. eod.

Quid Purgatio?

Purgatio est innocentiae super obiecto criminis cer-
tis à iure inuentis medijs facta ostensio.

Quotuplex Purgatio?

Canonica & vulgaris. Canonica est, quæ ad probationem
innocentiae faciemad Canonibus approbatur. Vulgaris
autem, quæ non approbatur, de qua infrà, prox. tit.

Qua causa Efficiens?

Præceptum & iussus iudicis: qualitercunq; enim de
crimine contra aliquem actum fuerit, si nō sit cōvictus
& confessus, & nihilominus mala fama duret, mouebit
cum iudex seorsim, postea coram testibus, ut se corrigat,

Ttt 3 quod

1630 ANALYS. IVRIS PONTIFICII

quod si needum hoc fecerit, præcipiet ipsi iudex super criminis de quo infamatur, purgationem, quæ non in voluntate suspecti, sed in arbitrio iudicis consistit, ut notat Gratianus in c. auditū, s. eccl. 2. q. 4. c. presbyter, 2. q. 4. & c. si quis presbyter, extr. eod. & donec ipsam fecerit, ab officio canonice suspensus manebit, d. c. presbyter, eod.

Quæ Materia?

Quodvis crimen, vel vitium occultum, de quo quis infamatur, quia non tantum adulterij, simoniæ, furti, periurij, alorumq; criminum suspicionem, infamatus purgare debet, c. nobilis. c. cōsulisti, 2. q. 4. c. de hac auctoritate, extr. de simonia, sed etiam suspicionē impotentiæ & defectus natalium. Vnde infamatus super defectu natalium priusquam se purget, ad Ordines promoveri non potest, c. accedens, extr. eod. debetque crimen, vel vitium esse occultum. Nam si probabile & manifestum fuerit, purgatio non indicitur. Quia nec in re notoria verisimili suspicioni, quæ purgationem inducit, locus datur, c. si quis de gradu, & ùcm dilectis, extr. eod.

Quæ Forma?

Vt suspectus de criminis occulto, suspicionem criminis prestiti iurisiurandi religione purget, exhibitis compurgatoribus, qui suspectum verum iurasse, pariter iuramento affirment, c. quoties, c. inter, extr. eod. c. presbyter, 2. q. 4. exēpli gratia, vt si Episcopus cōmissar' simoniæ reus dicatur, ipse iurabit, q; pro tali ecclesia, vel pro tali re spirituali dāda, seu cōcedēda, nec ipse per se, nec p sub missā personā nec alias pro eo, se sciente, mandate, cōsilium dante, vel autoritatem præstanre, pretium receperit, d. c. quoties, extr. eod. c. si quis viduam, dist. 50. & c. auditum, 2. q. 5. Si verò super alijs criminibus fuerit suspectus, iurabit, quod sit immunis ab illis, vel sub expressa in specie, forma, quod simoniam, venditionem iustitiæ, & incontinentiam non commisrit, postquam ad Episco-

ad Episcopalem dignitatem fuerit assumptus, c. accepi-
mus, extr. eod. Compurgatores autem corporaliter iu-
rabunt, tactis sanctis Euangelijs, quod ex sua consci-
entia iudicent ipsum ab illo crimen immunem esse; bo-
num igitur & verum iuramentū ipsum præstissime cre-
dant, d. c. quoties, extr. eod. & c. presbyter, 2. q. 4. c. de te-
stibus, extr. eod. Potest autē iudex, ut suo arbitrio com-
purgatores assignentur, curare; modò illius honestatis,
& opinionis sint, quod verisimile sit, eos nolle amore,
vel odio, seu obtentu pecuniae, peierare. Ut autem ido-
nei appareant, necesse est, inquit Alexander III. ut eius,
quem purgare debent, vitam & conuersationem agno-
scant, c. cùm P. Manconella, ext. eo. & d. c. presbyter, si à
plebe, 2. q. 4. & c. cùm dilectus, extr. eod.

Quis Finis & Effectus?

Quod purgatione legitimè facta ab illo crimen, cu-
ius accusabatur: vel etiam à suspicione eius efficiatur
immunis, ita ut nec postea huius delicti causa contra
ipsum accusatio admittatur, exceptis tribus casibus:
1. nisi quis suā suorumq; iniuriā prosequatur. 2. vel nisi
doceat cum priore accusatore collusionem interueni-
se. 3. vel nisi ad probandum se offerat. Quod suspectus
peierando se purgauerit, contra illud enim iuramentū,
cùm iudiciale sit, probatio in contrarium admittitur,
Dd. in l. admonēdi, ff. de iureiur. & Speculat. tit. de abo-
lit. & purg. in fin. Quod si autem suspectus in indicta
purgatione defecerit, perinde puniendus est, atq; si de
crimine, de quo diffamatus fuit, legitimè conuictus vel
confessus fuisset, c. cùm P. Manconella, & c. inter, in fin.
extr. eod. Notat tamen Menoch lib. 2. Cen. 3. casu 274.
num. 5 d arb. iud. Clericum deficientem in purgatione
canonica, & ob id aditum curiæ seculari puniendum,
non puniri poena ordinaria, sed sola iudici arbitraria,
arbitriumq; putat, quando quis in purgatione deficeret
dicatur, iuxta Simane. tit. 54. num. 13.